



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 53. Senensis Urbis expugnatio scalarum ope incassum tentata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

SÆCUL. XVI.  
A.C. 1554.

ge magis propitia eidem arridebat, cum Monteregium invaderet; hanc enim urbem ex proditione Joannini Zethi, quem Strozzius cum valido præsidio urbi imposuerat, Gallis feliciter eripuit, simulque ob magnam Pompæi Crucei Gubernatoris natione Mediolanensis ignaviam Casolium in ditionem accepit. Postea continuato victoriarum cursu Hispani ductore Carolo Gonzaga Montemrotundum aggressi, impetu facto hanc urbem occuparunt, eamque diripuerunt, moxque Massam oppidum Montirotundo sat vicinum, necnon illius arcem & postea Girifalconium, Trabale, Pratam, & Talium ceperunt, quo fato Senensium res in arcto positæ erant, quamvis cives affirmarent, quod potius inedia mori, quam Franciæ Regis fidem deferere parati essent.

### §. LIII.

#### *Senensis urbis expugnatio scalarum ope incassum tentata.*

Thu. l. 14.  
Pallav.  
l. 13. c. 10.

Nihilominus hæc urbs ad miseram prorsus conditionem erat redacta; quippe tanta in urbe erat annonæ penuria, ut in dies nonnisi novem unciae panis viritim distribuerentur: juncto tamen libertatis servandæ studio cives ita accendebantur, ut extrema quæque subire potius parati essent, quam de ditione



ditione agere, quamdiu auxilii spes i- Sæcul. XVI.  
pis affulgere videbatur. Quapropter A.C. 1554.  
Cosmas Florentiæ Dux tam diurni  
belli sumptibus impar Manrium sollici-  
tabat, quatenus Marinianum Marchio-  
nem urgeret, ut obsidioni finem impo-  
neret, atque impetu facto urbem fine  
cunctatione aggrederetur: prius vero  
Belliducibus placuit tentare, an scalis  
noctu ex improviso admotis res perfici  
posset: unde hujus consilii executioni  
die vigesima quinta Decembris post pri-  
mam a media nocte horam initium da-  
batur; ast infausto prorsus fato accidit,  
quod scalæ, quam oporteret, breviores  
essent, ut proin Germanorum pauci ad-  
modum in urbem penetrare possent,  
quos nullo ferme negotio Senenses re-  
pellebant, cunctosque hostium conatus  
strenue eludebant, eorum virtutem ac-  
cidente Joanne Galleatio Sanseverino  
Gajacii Comite, qui ad urbis portam  
consistens illos ad invictam urbis suæ  
defensionem animabat: interea Montlu-  
cius cum centum quinquaginta facibus  
mox ad urbis portam accurrens suis o-  
pem ferebat, præmissoque Bentivolio  
hostem jam victoria exultantem aggre-  
di præcepit: Evidem Marinianus, ar-  
ce capta cum Hispanis, ac Germanis se  
venturum promiserat: ast serius adven-  
tabat, unde extracto ad auroram usque

**Sæc. XVI.** certamine tandem receptui canere, ac  
**A.C. 1554.** non sine fuorum clade recedere cogebatur: nec tamen inde animo fractæ  
 Cæsaris copiæ non jam in astu, vel in-  
 fidiis rebus suis præsidium quærebant,  
 sed Gallos aperto Marte debellare cæ-  
 perunt.

## §. LIV.

*Triplex exercitus a Galliarum Rege  
in aciem eductus.*

**Thu. l.3. n.9.** Altera ex parte Galliarum Rex bellum  
**Belg comm.** in Belgio Cæfari inferre molieba-  
**l. 26. n.45.** tur, ac die decima octava Junii Crassia-  
 ci in Laudunensi ditione totum exerci-  
 tum contraxit, utque hostem ad distra-  
 hendas vires suas cogeret, ipse quoque  
 suas copias in tria divisit agmina, quo-  
 rum primum, idque validissimum Mont-  
 morentius Connestabilis ducebat, ad  
 Estreæ Pontem progredi jussus, ut A-  
 vennas petiturus ab hoste crederetur.  
 Alteri imperabat Santandreamus Mare-  
 scallus, qui per vias terreo aggere te-  
 cas Mariaburgo, quod oppidum Rex  
 præprimis aggredi constituerat, copias  
 suas admovere jubebatur. Tertio de-  
 niique agmini Nivernius Dux præfici-  
 batur, dato eidem negotio, vi cuius per  
 Arduenam Sylvam in Mosam decurre-  
 ret, omnesque arces circumvicinas ca-  
 peret, ut navigationem ab hostium  
 in-